Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567990923-15/fragment/page=1
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Georg 539

Landesbücherei * Dessau *

Georgs-B.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567990923-15/fragment/page=2
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

BREVE QVODDAM PAPAE ADRIANI SEXTI AD/VERSVS LV/THERVM.

Inſipientia eorũ manifeſta erit omnibus.
2. Timo. 3.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567990923-15/fragment/page=3
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Sunt qui parum latinos putant Papiſtas, his ad/
notauimus duarum Epiſtolarũ ſchemata, qua/
rum alteram Adrianus Pontifex, alteram Lega/
tus ad Germanos, ſcripſit. Fortaſſe nouis qui/
buſdam figuris vtuntur, ſed ignoſces hoſpiti/
bus latii, Macedo Legatus eſt græco, hoc eſt
mendaci magis ingenio, quã Romana lingua.
Alterius lingua & mens, Papam decent. Vale
& gratulare Eccleſiæ palam fieri inſipientiam
impiæ ſedis Papiſticæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567990923-15/fragment/page=4
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

MAGNIFICIS AC CLA/ riſſimis dñis Conſulibus & Senatui Ciuitatis Bambergenſis amicis noſtris chariſſimis.

Magnifici ac Clariſſimi dñi [a] vti fratres aman/
tiſſ.[b]. Cõmiſit ad nos his proximis dieb S.D.
N. Breue quoddã ſuę ſanctitatis ad iſtam vni/
uerſitatem veſtrã directũ, mãdauitq; nobis per
ſuas literas, vt ad veſtras magnificentias tranſ/
mitteremus, procuraremusq; ſecũ [c] vt ad illud
quãprimũ reſcriberent, idcirco cum in pręſen/
tia iſtuc breue ipſum deſtinem9, illas vehemẽ/
ter hortamur & rogamus, velint ad [d] ſuam ob/
ſeruantiã pietatẽq; erga eundem ſanctiſſimum
D. N. ac ſanctã ſedem Apoſtolicã, [e] eueſti/
gio ad ipſum reſpondere, ac ad nos literas ſuas
tranſmittere, vt poſſimus curare illas per noſ/
tros tabellarios eidem S. D. N. ſine fraude
reddi. Et bene valeant Magnificentiæ veſtræ,
quibus nos [f] continuo offerimus & cõmenda/
mus, ex Nurnberga duodecima Ianuarii.

M. D. XXIII.

Magnificentiarum Veſtrarum.

Veſter F. Franciſcus Chiergattus electus
Epiſcopus Apentinus [g] Princeps
Therami Or. Apoſtolicus.

A. q. d. non ſunt fratres, ſed nos fingimus eſſe fratres.
b Metaplaſm9 cõpoſitum pro ſimplici, cõmiſit pro miſit.
c Secum ꝓ ſibiſcum.
d Catachreſis, ad pro iuxta, vel ſecũdũ, vel aliqd tale.
e Eueſtigio ꝓ commodum, gratia ornatus.
f Ellepſis, cõtinuo, pro ſemꝑ paratos.
g Intellige ꝑ pſeudepicleſin.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567990923-15/fragment/page=5
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Dilectis filiis Conſulibus & Senatui Ciui- tatis Bambergenſis.

ADRIANVS PAPA VI.

Dilecti filii, ſalutem & [a] Apoſtolicã benedicti/ onem. Non poſſumus non vehementer ad/ mirari, pariter & dolere, dum conſideramus Martinum Lutherum Germanũ, quem quan/ tumuis errantem [b] ouiculã noſtram negare nõ poſſumus, eouſq; inſaniç ſeu potius diabolicç præſumptionis prorupiſſe, vt contempta [c] ca/ tholica doctrina ac ſanctorum patrum traditi/ onibus, necnon totius Eccleſiç catholicç ritib⁹ ſpretis, omnibuſq; ſolitis indubium reuocatis, ipſe complura noua atq; contraria dogmata, nouaſq; [d] hçreſes, non tam introducere, [e] quã veteres renouare, fundamentumq; aliud quam poſitum eſt ponere, aliamq; fidem quã Patres [f] noſtri tenuerũt docere, non ſit veritus. Qua/ ſi [g] ſolus ipſe ſpiritu ſancto afflatus veritatem Euangelicam, nunc demum in fine ſçculorum perſpexerit, ac Patres veſtri & prope tota fide/ lium congregatio, qui hãc Lutheri fidem neſci/ uere, & profide contraria, id eſt catholica, quã tenemus etiam vſq; ad [h] mortem dimicare pa/ rati erant, tot iam ſçculis in damnabili errore, ac tenebris ignorantiæ iacuerint. Miranda certe res eſt, in cor hominis illius hanc præſumptio/

A Humanã, pro diuina, cũ imprecetur Paulus gratiam & pacem. &c̃

b Audis lupi æſopici vocem.

c Viciũ eſt ſcriptoris catholica pro canoniſtica.

d Metatheſis, pro non tam nouas.

e Vtitur pleriſq; ομοιοτελευτιοσ.

f De quibus dicitur, Patres veſtri dereliquerunt me.

g Fac manũ hic, pulchrum ſchema ad faciendam inuidiam.

h Vſq; ad mortem, excluſiue.

i Schema thaumaſton.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567990923-15/fragment/page=6
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

nem aſcendere potuiſſe, vt ſolus ipſe ſibi plus
omnibus Eccleſię Doctoribus, ſanctiſq; Patri/
bus, & k toto fideliū cętu ſapere videretur. Sed
multo maiori admiratione dignū reputamus,
eundem Martinum, poſtq̄ in hoc barathrū ſu/
perbię (deo propter peccata ſua atq; etiā noſtra
permittente) pręcipitatus eſt, in natione noſtra
germanica, quæ ab initio, ex quo ad l dominum
conuerſa fuit, ſemper religioſiſſima & catholi/
cę fidei tenaciſſima, necnon pietatis erga deum
& charitatis iuſtitięq; erga proximos ſincęriſſi/
ma cultrix fuit, non vnū nec paucos ſed (quod
cum magno cordis dolore dicimus) prope in/
numeros homines vtriuſq; ſexus inuenire po/
tuiſſe, qui eius ſtolidiſſima, m nec minus perni/
tioſiſſima dogmata, quæ antehac ſepe cum ſuis
authoribus ab Eccleſia n damnata fuiſſe con/
ſtat, non ſolum patienter audire, verūetiam li/
benter amplecti vellent, & quod amplius eſt,
pertinaciter etiā armis defendere parati forent,
qui libros eius, eiuſq; ſequatiū omnino perniti/
oſiſſimos, veneno plenos, maledictis redundā
tes, ſpurcitiis, ſcurrilitatibus, contemtionibus,
amaritudinibus, vbiq; ſcatentes, etiā poſtquam
i vim ſentētię Apoſtolicę o & Imperialis edic/
ti ſepe in pluribus locis concrenati ſunt, certa/
tim emerent, auide legerent, libenter audirent,
cum tñ vel ex hoc ipſo quod huiuſmodi ſunt,
quales modo diximus, omnibus rationi & ſpi/
ritui dei, vel paululum auſcultantibus, facile fu/

k Inuidioſe, vt ſupra.

l S. Papam.

m καταχρησις ſtolida dogmata, & eſt hic Liuiana imitatio, vt ſepe, alias longar; periodorum.

n S. Papæ.

o Arg. ab auctoritate vtriuſq; poteſtatis vere prophanæ & vere ſacræ.

iſſe ītelligere, eundem ſpiritum dei, ſuauem, be/
nignum, mitem, veritatis & pacis amatorem &
conciliatorem, ſcandalorum, contentionum &
diſcordiarum pacificatorem, nouitatum refugi/
entem, ab eiſdem libris eorũq; authoribus lon/
ge abfuiſſe, Imo contra ſpiritũ malignũ horum
contrariis gaudētem, ac dictę nationis proſpe/
to in via domini p curſui inuidentem, ipſorum
librorũ authores ad talia euomenda exagitaſſe.
Quos a fructibus eorũ cognoſcentes, vna cũ
peruerſis dogmatibus ſuis, ſicut mortem fuge/
re & abhominari debuerant. Quid em̃ aliud
iſti homines quęrũt quã ſcandalũ? Quid aliud
hominibus perſuadent, quã rebelliones, ſciſ/
mata, bonorum direptiones, cedes, carnalitates?
& vt vno verbo dicam, ſuauis iugi dominici q
& ſanctę Eccleſię r omni victima pręſtantio/
ris, abiectionē, idq; ſub ſpetie libertatis, cum
ipſi corruptionis ſerui manifeſte comproben/
tur. s Sed non eſt filii, t non eſt hęc libertas, quã
dominus electis ſuis in Euãgelio promittit, qua
ſcilicet legi ſuę, & ſuis u in terra vicariis ſubiecti
(quos etiã x malos in cathedra Moſi ſedentes
ſicut ſeipſum audiri voluit) peccati ſeruitutem
euadimus. Sed libertas, quã ſibi lucifer ille quę/
ſiuit, dum altiſſimo, cui ſubeſſe debuit, par eſſe
volēs, ſedē ſibi ad Aquilonē conſtituit, vnde in
ima inferni pręcipitatus eſt/qui finis proculdu/
bio etiã Martinũ Lutherũ & om̃s qui ei adhæ/
rent, manet, niſi celerius reſipuerint, & ad vnita/

p S. Papæ, ſicut alias.

q .i. Papiſtici vel Dominicaſtrici a Dominico.

r Rethorica amplificatio.

s Apoſtrophe.

t ανναδιπλωσις.

v Additio neceſſaria, ſed cuius tamen in Euangelio nulla mentio fit.

x O quã neceſſaria occupatio.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567990923-15/fragment/page=8
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

tem Eccleſię, a qua ſe dãnabiliter ſegregarũt, &
extra quã, tãquã arcã y Noe nemo ſaluari põt,
redire ſtuduerint, nec em̃ dubiũ ẽ iſtos, & ſimi-
les eſſe, de quibus B. Aplũs Petrus loquebatur
cũ prędiceret ſurrecturos inter fideles, Mgrõs
mẽdaces, qui introducturi eſſent ſectas perditi-
onis, & eũ qui emit eos, deũ negaturi, introdu-
cẽtes ſibi celerẽ perditionẽ, ſubditq; multos ſe-
quuturos eoꝝ.z luxurias, per quas (inquiẽs) via
veritatis blaſphemabitur, & in auaritia a a fictis
verbis de vobis negotiabũtur. Quibus iuditiũ
iam olim nõ ceſſat, & ꝑditio eorũ nõ dormitat,
ac paucis ĩteriectis ait Magis aũt (ſcz b b puniet
deus) eos qui poſt carnẽ ĩ cõcupiſcẽtia ĩmũdi-
tię ambulant dominationẽq; contẽnunt/ auda-
ces ſibi placentes/ c c ſectas non metuunt intro
ducere blaſphemantes. Quę an iſtis conueniãt
d d vobis iudicandum relinquimus. Quaꝑpter
chariſſimi, quos in viſceribus charitatis gerim⁹,
vos in dño Iheſu Chriſto hortamur, & per viſ-
cera miſericordię eius rogam⁹, & obteſtamur,
vt & errores illorũ, quos Apoſtolica prouiden-
tia vobis quaſi e e digito monſtrauit, vos tra-
duci nõ patiamini, Sed potius tanq̃ filii electi &
populus f f acquiſitiõis, veſtigiis patrũ veſtrorũ,
& omniũ ſanctorum, qui vtiq; regiam veritatis
Euangelicę viã ingreſſi ſunt inhęrentes, doctri-
nam iſtorũ pernicioſiſſimã perfidam, blaſphe-
mam, diabolicã, & vt ſemel dicamus, in interitũ
trahentẽ, cum ſuis autoribus, tanq̃ g g infernum

y Allegoria.

z Nota, luxurię nõ ſunt Adriano Papiſtici generis fœdę libidines, ſed luxurias docere ſentit eos, qui diuinũ cõiugium probant. Et ex hoc loco Adriani rhetoricen ęſtimaueris, quom Petri ſentẽtiam ad ſuam cauſam detorquet.

A a Hic Adriano Petrus nihil dixit de cauponatione præbendaꝝ, indulgentiarum, & ſimiliũ Romanaꝝ merciũ.

B b Grammaticã neſciebant iſti boni Laici. Ideo gloſſa adiecta eſt.

C c Neq; hic Adriano Petrus de monachoꝝ ordinibus locutus eſt.

D d Ecce hic Papa renũciat ſuo iuri interprętandi ſcripturas.

E e Digito nõ dei, ſed Papæ.

F f S. Papæ.

G g Homericum, hoc eſt, ομωσαιδαοπυλησιν.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567990923-15/fragment/page=9
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Hh Ecce confutatio, quia apud Adrianum nihil valet verbum dei.

ii Nota Papiſtę ne fiant hęretici. nõ recipiunt aut docent ſcripturas.

kk Expoſitiones Papę.

horreatis, eorũq; libros venenatos nõ ſolũ ipſi nõ legatis, ſed nec legẽtibus vel docẽtibus aures admouere velitis, aut ipis Lutherianis ad cor redire cõtẽnentibꝰ, Aue dixeritis. Nec vero vos moueat quod Lutheriani ipi hh. ſacrę ſcripturę verba dogmatib. ſuis paſſim admiſcẽt. Scientes qđ hoc ipm oẽs ſemp hęretici vſurparũt, quorũ nullus vnquã nouũ dogma introducere niſus ẽ, qđ nõ ſacrę ſcripturę ii auctoritate cõſtituere conaretur, vt em̃ qui veneni amaritudinẽ tẽperare volũt, illud melle aut alio grato ſapore cõtegũt, Ita iſti propriũ virus cęleſtiũ verborum dulcedine liuientes, illud ſimplicibus & rudibus animis propinant, vt ita demum eos facilꝰ intoxicare poſſint. Quãquam vix quẽquã adeo ſimplicem eſſe credimus, qui ſi vel paululũ kk lumẽ vultus diuini quod ſuper omnes homines ſignatum eſt aſpicere voluerint, non protinus intelligere poſſit, iſtos mẽdacii & erroris Magiſtros eſſe non veritatis, eoſq; huiuſmodi nouitates attentare non quod ſalutem animarũ quęrant, cum ipſi ſuas manifeſte perdant, ſed potiꝰ vt placentia dicendo, & ea quæ in arcta via domini hominibus carnalibus & animalibꝰ difficiliora iudicantur, ſub ſpecie Chriſtianæ libertatis adimendo, mortifera dogmata ſua eiuſmodi carnalib. homibus (quorũ ſemp maior numerus extitit) fauorabiliora magiſq; credibilia reddãt. & illos æternę damnationis reatu ſibi ceteriſq; diffidentiæ filiis præparatę ſecum inuoluant.

Sed idem ꝑculdubio Magiſtris iſtis eueniet, quod anteceſſoribus ipſorum earundem vel aliarũ hereſum authoribus, quoties ſuperbos intellectus ſuos aduerſus ſcientiam dei [ll] extollere pręſumpſerunt, eueniſſe conſtat. Qui ad tempus quidem propter peccata hominũ proſperari & tanquam ſupra cedros Libani ſuperexaltari (permittēte deo (viſi ſunt, ſed ad extremum ſemper vicit [mm] mendatium veritas, & ſapiētia ſuauiter omnia diſponēs, malitiam triumphauit, Cęterum quoniam videmus, huiuſmodi venenatorum librorũ impreſſio, diſtractio atq; lectio quãtum verę fidei ac pietati longe lateq; obfuerit vos, quibꝰ inſignis iſtius Ciuitatis gubernatio credita eſt, in domino hortamur & in virtute ſanctę obediētię & ſub cōteſtatiōe diuini iudicii requirimus, vt ſolitę veſtrę ergo deum, dictamq; eius fidem pietatis ac ſingularis prudentiæ memores, omnibus modis prouidere curetis. Ne apud vos aut in territorio ciuitatis veſtrę, huiuſmodi libri vel impreſſi vltra diuendantur, vel nondum impreſſi deinceps imprimantur, Imo vero quotquot in dicta Ciuitate veſtra inueneritis, iuxta ſedis Apoſtolicę ſententiam & imperiale edictum [nn] comnburi faciatis, alioquin, ſi peruerſitatē impreſſorum veſtrorum, qui pecunia (vti credendũ [oo] eſt) a Lutheranis corrupti (ſi vera ſunt quæ audiuimus, Lutheranorum opera

ll S. terreſtris ſeu ventris.

mm Hic Cayphas ꝓphetat de ſe ipſo.

nn Hoc eſt eĳcere demonem digito Papæ.

oo Ecce nouũ articulum fidei.

promptiſſime imprimūt, Quę vero a Catholi/
cis pro veritate contra illos ſcribūtur, imprime/
re nequaq̄ pp volunt) corrigere & emendare
neglexeritis, denuntiamus vobis, quod diuinā
eāq; terribilē vltionē, etiā ſi alioqui Chriſtianiſ/
ſimi qq ſitis, nō euadetis. Nec em̄ vos deo ſa/
tisfacere putaueritis, ſi voſipſi fidem eius inte/
gram & illibatam conſeruetis niſi & pro virili
operam dederitis, vt quicquid fratres veſtros
ſcādaliſare & ī huiuſmodi errores īducere ap/
tū rr ſit, celerius p vos de medio tollatur. Qui
em̄ non eſt cum domino, cōtra eum eſſe pro/
batur & qui malū huiuſmodi, cum poſſit, non
excludit, illud coram deo ipſemet cōmittere &
inferre cenſetur. Iam tempus eſt, quo qui in
vobis ꝓbati & electi ſunt, ſe manifeſtare, quo
optimus quiſq; veſtrum, vel ſponte ſe pro do/
mo domini murū ſſ opponere debeat, vt coro
nam gloriæ, quæ ſtrennue ſe gerentibus pro/
mittitur, ab eodem domino cōſequi mereatur.
Datum Romæ apud ſanctum Petrum annulo
piſcatoris, die vltima Nouembris. M. D.
XX II. Pont. noſtri anno primo.

T. Hezius.

pp Pręterq̄ Lipſię vbi faber cuditur.

qq Papa habet Chriſtianiſſimos ſine fide.

rr Aptum ſit pro aptum natum ſit, ſecūdum Louanienſes.

ſſ Niſi rigaſſent hanc Epiſtolā Louanienſes, non tuliſſet tam pulchros flores elegantiarū.

Catholi/
nprime/
mendare
d diuinā
iſtianiſ/
s deo ſa/
ius inte/
oro virilī
veſtros
cere ap/
ur. Qui
ſſe pro/
ſit, non
nittere &
uo, qui in
care, quo
pro do/
, vt coro
bus pro/
nereatur.
n annulo
I. D.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567990923-15/fragment/page=13
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567990923-15/fragment/page=14

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567990923-15/fragment/page=16
Stadtarchiv Dessau-Roßlau

Disputatio
facis & C[illegible]rolog.

539

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567990923-15/fragment/page=17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567990923-15/fragment/page=18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567990923-15/fragment/page=19

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-de15-1192015415-567990923-15/fragment/page=20

BREVE QVODDAM PAPAE ADRIANI SEXTI AD/VERSVS LV/THERVM.

Inſipientia ec

2